



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Sacramentum Ordinis**

**Biesmann, Caspar**

**Coloniæ Agrippinæ, 1694**

§. I. De defectu corporis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42240**

*De defectu corporis*

Ex defectu  
corporis  
irregularis  
est, qui v. g.  
turpiter  
claudicat,  
deformem  
habet Gibbū  
bum, &c.

**P**rimus est defectus corpo-  
ris, quando nimirum cor-  
pori inest membri alicujus  
mutilatio, si v. g. careat manu,  
pollice, indice, oculo præfer-  
tim sinistro &c. vel notab. lis  
inest deformitas, ut si turpiter  
claudicat, habeat faciem valde  
ustulatam, deformem gibbū,  
sit nanus, æthiops, gigas, idq;  
inter alienos, ubi hujusmodi  
disparitas offensionem & con-  
temptum parit, quamvis de  
æthiopibus Dian. P 4 Tr. 2. ref.  
84. Cum aliis id neget. Nam  
inter suos sibi similes, ubi jam  
dicta ratio cessat, non sunt ir-  
regulares. Similiter si sit her-  
maphroditus, id est, in quo a-  
liquando foemineus aliquan-  
do virilis sexus prævalet, imò  
etsi prævaleat virilis sexus.  
Suar. *De Cens. disp. 51. Sect. 2.*  
Bon. & alii contra Tolet. &  
Forn. Quia annumerantur  
monstris, quæ ob decentiam  
ad

ad Ordines requisitam, nemo  
 facile dicet eorum esse capacia,  
 vel denique gravis infirmitas,  
 ut si sit leprofus, aut morbo  
 caduco obnoxius &c. quia hæc  
 reddunt hominem vel omni-  
 no ineptum ad functiones Or-  
 dinum exercendas, aut certe  
 inhabilem ad easdem debita  
 cum decentia obeundas. Por-  
 ro mutilatio, quæ facta est sine  
 propria culpa, non facit irre-  
 gularem, nisi respectu Ordi-  
 nis, cujus exercitium impedit,  
 aut nisi inducat gravem de-  
 formitatem, qualem v. g. in-  
 duceret mutilatio nasi vel au-  
 rium, nisi hæc erinibus regi  
 possit, ut non appareat, jam  
 enim cessat deformitas. Kôn.  
 Disp. 18. dub. 13. n. 108. Proinde  
 juxta Laym. Lib. 1. tr. 1. p. 5. c. 7.  
 & alios non erit irregularis,  
 cujus pollex mutilatus vel  
 truncatus adhuc ita firmus  
 est, ut una cum indice hostiam  
 frangere & elevare possit: si-  
 cuti nec iste, qui caret oculo  
 canonico, id est, sinistro, sic  
 dicto,

Non est  
 irregularis,  
 qui caret

dicto,

oculo ca-  
nonico;  
modo  
dexter  
sufficiens  
fit ad legē.  
dum de  
center Ca-  
nonem.

dicto, quod in lectione canonis  
Missæ ipse potissimum adhi-  
beatur, aut qui eo nihil videt,  
dummodo oculus sit integer,  
& non erutus cum magna de-  
formitate, & dexter oculus  
sufficiat ad decenter legendū  
canonem. Dixi mutilatio, quæ  
facta est sine propria culpa,  
quia seipsum illicitè mutilans  
fit irregularis, tamen si mutilet  
membrum occultissimum, &  
quod non impediat Ministe-  
rium sacrum. cap. qui partem,  
in 6. dist. 55. & quidem proba-  
bilis est non requiri notorei-  
tatem facti ut censet Fernan.  
quamvis contrarium proba-  
bile dicat Tann. in 8. part. disp.  
6. q. 10. dub. 10.

## § II.

*De defectu anime.*

Ex defectu  
anime sunt  
irregulares  
amentes.  
epileptici.  
Pagani, Ju-  
dæi, publicè  
Hæretici,  
&c.

**S**ecundus est defectus ani-  
mæ, qualis est in amenti-  
bus, epilepticis, id est, morbo  
caduco laborantibus, energu-  
menis sive à Dæmone obsessis,  
&c. in quibus ob infirmitatem  
quam